e-codices

entem ꝑiter sicut blandiente aīo deci
debat· Videns itaq; simpronius ꝑfectus
tantā ī puella cōstanciā· parentes eius
alloqt'. Et qa erant nobiles et vim inferre
nō poterat· titulū eis xpianitatis oppos
uit· Sequenti aūt diē agnen sibi pntari
iubet· et iterū atq; iterū repetens repli
care cepit· de iuuenis amore sermonē·
Cumq; oēs sermones eiꝰ casso labore de
ficerent· sisti eam iterū sub tribunalibꝰ
iubet· Cui et dixit· Supsticio xpianorū
de quorū te magicis artibꝰ iactas· nisi
a te fuerit segregata· n̄ poteris insania
abicere pectoris· et meis cōsiliis ꝑbere
consensum· Vnde ad venerandam deam
vestam te ꝑperare necesse est· ut si ꝑseue
rancia virginitatis placet· eiꝰ die no
ctuq; sacrificiis venerandis insistas· Ad
hec beata agnes dixit· Si filiū tuū q̄uis
iniquo amore vexatū tn̄ vementē hoīez
recusaui hoīez vtiq; qui ē rōnis capax
qui et audire et videre et palpare et
ambulare pt· et fulgore lucis huius
cū bonis ꝑfrui· Si ergo huc causa am
oris x̄ nulla possū racione respicere
quomodo possū idola muta et surda
et sine sensu et sn̄ aīa colere· et ad in
iuriā sūmi dei ceruices meas vanis
laudibꝰ inclinare· Audiens hec simpronꝰ
dixit· Cupio consultū esse infanciē tue·
et adhuc te deos blasphemante· Idcirco
differo· quia annos tuos infra sensū
aspicio· Noli ergo temetipsā ita decipe
ut motus deorū incurras· Btā agnes
dixit· Noli infanciam corporalē ita in
me despicere· ut putes me velle habere
te ꝑpiciū· Fides enī non in annis sed in
sensibꝰ gerit'· et deꝰ omps mentes magꝭ
cōpbat quā etates· Deos aūt tuos quorꝫ
motus me incurrere nō vis· ꝑmis irasci
ꝑmitte· ꝑmis loqui· ꝑi hoc m̄ precipiat·
ipsi iubeant se coli et adorari· Verū ti
quoniā te adhuc video tendere qđ impe
trare nō poteris· quicquid tibi videtur
exerce· Simpronꝰ ꝑfectꝰ dixit· Vnū
tibi e duobꝰ elige· aut cū virginibꝰ dee
veste sacrifica· aut cū meretricibꝰ scor
tis eris ī contubernio lupanari· Et longe
erit a te xpianī qui te magicis artibus
imbuerūt· ut hāc calamitatē intrepido
aīo te ꝑferre posse confidas· Vnde ut
dixi aūt sacrifica dee veste ad laudem
generis tui· aut ad ignominiā natalium
tuorū eris publice abiectionis scortum·
Tūc btā agnes cū ingenti cōstācia dixit·
Si scires quis est deus meus non ista
ore tuo ꝑferres· Vnde q̄ ego noui
virtutem dn̄i mei ihū x̄ secura contem

no minas tuas· credēs q̄ neq; sacrificem
idolis tuis· neq; polluar sordibus alienis·
Mecū enī habeo custodem corporis mei an
gelū dn̄i· Nā vnigenitꝰ dei filiꝰ quē igno
ras· murus m̄ est inpenetrabilis· et cu
stos m̄ est· nūq̄ dormiens· et defensor m̄
est nūq̄ deficiens· Dii aūt tui q̄ erei sūt
ex qbꝰ cacabe meliꝰ fiūt ad usꝰ hominū
aut lapides ex quibꝰ fiūt platee melius
sternūt'· Diuinitas ergo nō lapidibꝰ va
nis habitat· sed in celis· neq; ī ere neq;
aliquo metallo ſ; in regno supno cōsistit·
Tu aūt et similes tui nisi ab istorꝫ cultū
recesseritis· similis vos pena concludet·
Sic enī illi ī igne conflati sūt ut funder
ent'· sic colentes eos ꝑpetuo incendio cō
flabunt'· nō ut fundant'· ſ; ut cōfundant'
et pereant in eternū· Adhec insaniens iudex
iussit eā expoliari et nudā ad lupanar
deduci sub voce ꝑconia dicentis· Agnen
sacrilegam virginē diis blasphemiā in
ferentem· scortis lupanaribꝰ data· Stati
aūt ut expoliata est· crine resoluto tantā
capillis eiꝰ gracia diuina concessit v'tute
ut meliꝰ eorū fimbriis videretur tecta
quā vestibꝰ· Ingressa aūt agnes t'pitudinis
locū· angelū hic dn̄i ita ꝑparatū inuenit·
ut eā immenso lumine circūdaret· ita ut
nullꝰ posset eā p' splendore illo nec con
tingere nec videre· fulgebat enim tota
cella illa sic sol radians in v'tute sua· Et
quantū quis curiosior oculis ēe voluisset·
tantū sui visus aciem obtundebat· Cumq;
se morosa dn̄o ꝑstrasset· apparuit ante ocu
los eiꝰ stola candidissima· et apphendens eā
induit se et dixit· Gras tibi ago dn̄e ihū
xpe qui me ī numero ancillarū tuarum
computās· vestiariū m̄ largiri precepisti·
Ita naq; ad mensurā corpusculi eiꝰ aptū
erat indumentū· et ita nimio candore
cōspicuū· ut nullꝰ dubitaret hoc n̄ manibꝰ
angelicis ꝑparatū· Interea lupanar locꝰ
oracionis efficit'· In quo oīs qui fuisset in
gressꝰ adoraret· et dans honorē immenso
lumini· mundior regrediebat' foras quā
fuerat intꝰ ingressꝰ· Cū hec agerēt' ꝑfecti
filiꝰ qui erat auctor huiꝰ sceleris venit
ad locū cum sodalibꝰ suis iuuenilis quasi
insultaturꝰ puelle cū quibꝰ libidinis sue
se credebat ludibriū exercere· Et ingre
ssos ante se furentes pueros et turpit'
seuientes cū nimia autem veneracione
egressos cepit impotentes arguē· ac va
nos et molles et miseros iudicare· et ir
ridens eos locū in quo virgo orabat au
denter ingressꝰ est· Et videns tn̄ lumen
circa eā· non dedit honorē deo ſ; ī ruens
in ipo lumine p'ꝰq̄ vl' manu eā cōtinge
ret· cecidit in faciem suam· et ꝑfocatus

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 114r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/114r)